


Yc
6893

(X2018979)

212

211





Admirandum illud *ἡ ἁποκατάστασις τοῦ λόγου* mysterium, quod hodierna festiuitate memoria solenni & anniuersaria recolat Ecclesia, breui quidem sed admodum neruoso & insigni Aphorismo Iohannes Euangelista complexus est cap. 1. *ὁ λόγος*, inquit, *σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Quibus verbis ea omnia, quæ reliqui Euangelistæ proluxa *τῶν προεπιστάων* commemoratiōe de hoc ipso mysterio incarnationis indicant, *ὅτι ἡ μίαι σὺν ὧν* redacta, compendio quasi contrahit, ita tamen, vt narratiōis breuitate vsurpatione verborum exquisitissimorum, & ad mysterij huius explicationem plurimum momenti habentium liberalissimè compenset: Operæ precium itaq; nos facturos, & hodiernæ festiuitati non malè consulturos confidimus, si in amœnissimo Euangelij Iohannis horto pedem figentes, vel huius vnus flosculi ex pluribus decerpti intuitu, odore & fragrantia, oculos, nares, & in primis animos nostros oblectemus ac reficiamus: Plus enim suauitatis, sapientiæ & doctrinæ cælestis nec nō consolatiōis efficacissimæ continet, quàm vel toto vitæ tempore à quoquam potest percipi. Priusquam autem ad rerum ipsarum pondera descendamus, Vocabulorū ipsorum quibus in describendo hoc mysterio Euangelista utitur, propria & genuina significatio inuestiganda est, ne hæreticorum, vel veterum, vel recentium, *σφαῖς*, quibus hoc ipsum religiosæ pietatis mysterium conuellere ausi sunt, decipiamur. *τὸ λόγος* nomine hoc loco non intelligitur Verbum aliquod volatile seu transitoriū, sed verbum illud subsistens, seu illa ipsa sanctæ Trinitatis persona, quam ab operibus planè diuinis Euangelista toto capite primo descripsit, commendando illam, quod ab æterno existerit, quod res vniuersas, tam aspectabiles, quàm inuisibiles, creauerit, quod rebus creatis lucem ac vitā suppeditaerit, quod denique hoc beneficij miseris mortalibus contulerit, vt per fidem filij Dei efficiamur: Atq; hoc sensu *τὸ λόγος* vocabulum hic accipiendum esse, vel ipse articulus Græcus non sine emphasi ab Euangelista vsurpatus haud obscure comprobatur. *ἡ ἄρκος* autem appellatiō non alteram duntaxat substantiæ humanæ partem, puta corpus, sed totum hominem, & anima rationali & corpore mortali constantem, designat, *σωσεὶς* scripturæ admodum frequenti & vsitata; Maluit autem Euangelista Carnis quàm hominis appellatiōe uti, vt non modò singularem Dei erga genus humanum, quod verè caro, id est, massa rea & damnatiōis æternæ obnoxia, factum erat, amorem commendaret, sed simul etiã incarnationis *τὸ λόγος* conditionem exprimeret, quod nimirum is & naturam ipsam & inhærentes naturæ infirmitates (absq; tamen peccato) suscepit, non quidem aliqua conditionis necessitate, sed solo miseratiōis affectu, vt vetustas Orthodoxa locuta est: Voluit enim per omnia similis esse fratribus suis, vt misericors fieret, & fidelis pontifex apud Deum ad expiandum delicta populi, Hebr. 2. Vnde nequaquam existimandum est, carnem illam, quam assumpsit *λόγος*, fuisse *ἄψυχον*, seu animæ expertem, vt Apollinaris olim impiè confinxit, hac enim ratione nec hominem integrum assumpsisset, nec sapientiã, intelligentiã, alijsq; animæ dotibus profecisset, nec animæ tristitiã ac dolorem persensisset, nec denique animarum nostrarum medicus perhiberi posset, cum, Damasceno teste, saluari medela curatum non sit, quod assumptum non est. Caterùm admiranda illa *τὸ λόγος ἐν τῆς ἄρκος ὄψεσι*, in persona facta, *τὸ γενόμενον* voce luculenter asstruitur, quæ & ipsa singularem habet emphasi: Non enim dicit Euangelista, *τὸν λόγον* venisse in carnem, sed Verbum carnem factum esse, vt ostendat, in hac ipsa persona, duas esse naturas, diuinam & humanam, easq; vnione hypostatica copulatas & connexas, & quidem, vt scriptores vetusti loquuntur, *ἀσυγχύτως, ἀτρίπτως, ἀδιαχώρητως ἀδιαιρέτως* & *ἀδιάσπαστως*, id est, absq; confusione, conuersione, alteratione, separatione & distantia, ita, vt nec Verbum sine carne, nec caro sine Verbo vsquam esse intelligatur, sed in ipsa carne Verbum luceat, & vt Athanasius ait, per eam, in ea & cum ea propriam suam exerat potentiam diuinam in omnibus quæ piorum salutem concernunt: Atq; ita propositione hac, mysterium illud magnum & verè ἀνεξερεύνητον, καὶ ἀνεξήγητον complectente, asserta, non præter rem subiicitur, *καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*, & habitauit in nobis. Qua quidem Metaphora, cum à peregrinantibus, tam militantibus petita, haud obscure innuitur, *λόγον ἡγήσατο*, non modò hominibus familiariter & amicè esse conuersatum, sed & communes nobiscum in peregrinatiōis curriculo sustinuisse molestias & difficultates, nec non aduersus hostes nostros tam visibiles quàm inuisibiles strenuè ac viriliter depugnasse, donec obtenta ex hostibus victoriã, visibilem huius mundi conuersationem deponeret, & in gloriam ingressus fixam nobis permanentemq; sedem in cælis præpararet. Patet ex his modò breuiter delibatis, *τὸν σωτήρα καὶ λυτρωτὴν* humani generis (cuius *γενέσθαι* hodierna festiuitate recolat Ecclesia) vt *θεοειπώτοι, φιλόθεοτον, σωθεὶς ἰπποτον, καὶ σύμμαχον ἢ συναγωνιστὴν*, contemplandum nobis proponi, quæ, vt animos nostros grata quadam dulcedine perfundant, paulò planius ista explicabimus. Primum itaq; *τὸν λόγον θεοειπώτον* Euangelista inducit, quando *VERBUM CARNEM FACTVM* esse disertè pronunciat. Quod sanè mysterium tale tantum est, vt ne Angeli quidem ipsi Spiritus cælestes & Deo proximi penitus illud perspiciant & intelligant, tantum abest, vt humani ingenij acies illud assequi & complecti possit. Nam cum *λόγος* Deus esset æternus, infinitus & immortalis, nullis omnino vicissitudinibus obnoxius, homo is fieri dignatus est, non quidem Diuinitatis suæ commutatione, sed carnis nostræ assumptione, & cum natura diuina arctissima penitissimè copulatione, ita quidem, vt vnus idemq; CHRISTVS & DEVS & HOMO sit, DEVS quidem ex substantia Patris ante secula genitus, HOMO autem ex substantia Mariæ virginis in tempore natus, perfectus DEVS, perfectusq; homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, vt D. Athanasius loquitur. Talis autem vt esset humani generis Liberator, postulabat summa rei necessitas: Ea enim erat lapsi hominis conditiō, vt ei restituendo & ad primariam integritatem reducendo, nec Angelorum nec hominum sufficeret potentia, vnde communi totiùs Trinitatis consilio & decreto factum est, vt ea persona, quæ in Diuinitate esset media, Mediatoris officio fungens in se susciperet, & assumpta carnis nostræ massa, moriendo perditam salutem instauraret. Quapropter merito hac ipsa festiuitate naturæ nostræ congratulandum, quod in tantæ emeectæ est, vt nunc in throno maiestatis diuinæ consistat, nec tamen propterea efferendus animus, sed detestanda potius humanæ mentis audaciã & superbiã, ex instinctu salutis profecta, qua homo ad cælestia conscendere, & supra Deum sese exaltare non erubuit, non sine maximo & sui & posteritatis vniuersæ exitio, & indignatione atq; offensa. placandæ ac reconciliandæ non nisi extrema ipsius filij Dei exinanitiō sufficere potuit: Ille itaque in terræ puluerem sese demisit, vt nos ad cælestis gloriæ summum nos condecoraret: Ille prælijs omnibus destitutus est, vt nos bonis cælestibus ditaret: Ille de torrente in via bibit, vt iræ atque indignationis diuinæ torrentem exiccaret, & superabundantis gratiæ flumina in nos deriuaret: Quis igitur infantulum hunc suauissimum, tantos honorum cumulos asportantem, non latis amplexibus excipiat? Quis non in stuporem conuersus hodie cum Dauide dicat, Paralip. 18. Aspexisti me Domine Deus in forma hominis, qui in excelsis est Dominus DEVS. Quis non cum Ecclesia vniuersa lætus exclamet: O admirabile commercium, Creator generis humani animatum corpus sumens, de Virgine homo nasci dignatus est, & procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem. Deinde *φιλαθρωπίαν τὸ λόγος* cum humilitate summaconiunctam commendat nobis blanda illa & amica cum hominibus conuersatio, qua in nobis habitasse & confratribus suis familiaritatis suæ vsuram concessisse perhibetur. Quid verò magis humanum, quid etiam honorificum magis naturæ nostræ esse poterat hac tam suauī, amica & beneuola conuersatione? Certè Augustum summum illum Imperij Romani Monarcham, sub cuius moderamine, in hanc lucem Saluator noster editus est, poetarum monumenta vix fatis deprædicare possunt, quod tanta fuerit erga literatos humanitate & modestiã, vt haud rarò ad ipsorum Collegia descenderit, ipsorum carmina cum voluptate summa recitari audierit, interdum etiã ipse *ἐπιβάλλον μίτρον* contulerit, quod ipsum Vates Romani tam sibi duxerunt gloriosum, vt hoc nomine herosa præstantissimum & humanissimum ad cælum vsq; laudibus extollerent: Nec commendari satis potest humanitas & modestiã Constantini Magni, qui in Concilio Niceno *συνδιδασκῆς* & conferuum Episcoporum appellare non dubitauit. Quanto verò id nobis gloriosum magis & honorificum esse putabimus, quod summus ille Rex Regum & Dominus dominantium casulas nostras inuisere, nostram familiaritatem expetere, imò quod longè maximum est, non *συνδιδασκῆς*, sed connubio arctissimo nos sibi iungere voluerit. Quippe quod in Græca lingua *σκηνώσας* voce exprimitur, id Syrus reddidit, quod thalamum habuerit inter nos, haud dubiè respiciendo ad mysticum illud & spirituale coniugium, de quo Hoseæ 2. Sponsabo te mihi in æternum, sponsabo te mihi in iudicio & iusticia, & in misericordia & in miseratiōibus, sponsabo te mihi in fide, & scias quia ego sum Dominus. Tantò verò connubium hoc admirandum magis, quantò inter partes contrahentes maior est dissimilitudo & inæqualitas: Cum enim sponsus noster Christus formosissimus sit inter filios hominum, Psal. 45. & omnis rugæ ac maculæ expers, nos certè horribiliter deformati sumus & spiritali lepra sic perfusi, vt nihil sani à vertice ad plantam pedis vsque in nobis appareat, nihilominus tamen tanto nostri amore flagrat, vt deformitate nostra quasi velo contecta, in sinu nostro conuiescere gestiãt, imò pro salute nostra vitam ac sanguinem profundere minimè dubitet, quæ certè & *φιλαθρωπίας* & amoris ardentissimi certissima sunt indicia. Vtinam autem amor noster illi verè respondeat, & mutua charitatis affectus ita nos inuicem deuinciat, vt tandem depositis huius ærumnosæ vitæ molestijs perpetuò eius complexu frui gaudereq; nobis liceat. Tertiò *σωθεὶς ἰπποτον* Emanuelis nostri non minus atque *φιλαθρωπίαν* & *σκηνώσας* Metaphora notat. Vt enim peregrinantes sedem certam nusquam figunt, sed scenis seu tentorijs, quibus aduersus cæli iniurias sese muniunt, contenti sunt, donec præfixam peregrinatiōis metam attingant: Sic Emanuel noster ita inter homines vixit, vt stabilem fixamq; sedem in terris nusquam habuerit, sed vitæ suæ curriculum, velut in tabernaculo quodam, exegerit, terra maricq; peregrinando, & partes à Patre cælesti sibi commissas, & demandatas gnauiter expediendo, Vnde Matth. 8. ipsemet attestatur, Vulpes quidem habere foueas, & volucres cæli nidus, se verò non habere vbireclinat caput. Neq; verò in eam miseræ conditionis nostræ sortem tum temporis tantum, cum in statu exinanitiōis esset, sese demittere voluit, sed etiam nū in statu exaltatiōis suæ ad dexteram maiestatis confidens *ἡ κατοικήσας καὶ παροῦσας* suã spem minimè dubiam nobis fecit, vt vel hinc appareat, Emanuelem nostrum esse illum ipsum, qui & olim Israëlitis in conficiendo peregrinatiōis curriculo adstiterit & *σωθεὶς ἰπποτον* fuerit, præeundo ipsis interdum quidem in nube candida, noctu verò in columna ignis, donec promissam illam terram lacte ac melle fluentem attingerent, & qui etiam nū exilium nostrum efficaci & salutari præsentia sua compensare & subleuare velit: Hoc itaque *σωθεὶς ἰπποτον*, vt comite fidelissimo, gaudentes aduersitates qualuis, quæ in conficiendo peregrinatiōis curriculo nobis obijciuntur, æquo animo perferamus, sustentantes nos spe *τὸ θεοειπώτον* cælestis, vbi largissima molestiarum exantlatarum recompensatiō nobis reposita est. Tandem *σύμμαχον ἢ συναγωνιστὴν* eiusdem, quem nobiscum habet communem, eadem *ἡ σκηνώσας* Metaphora innuit. Esse enim vitam hanc nostram nihil aliud, quàm militiam in terris perpetuam, non nisi morte finiendam, vel ex lobi verbis capite 7. notum est, Quibus & Apostolus astipulatur, monstrans nobis *πανοπτίαν* Christianam Ephes. 6. ex qua omnis generis arma aduersus hostes depromi atq; vsurpari possunt. Qui verò hostes illi sint, quibus cum nobis perpetuò decertandum ac pugnandum est, disertis verbis ibidem exprimitur, Spiritus nimirum tenebrarum, qui non rectè, sed per *μυθώσας*, seu anfractus varios, nos adoriuntur, vt astu obineant id quod aperto Marte obtinere nequeunt, Caterùm ea est virium nostrarum infirmitas, vt hostibus his superandis & victoriæ obtinendæ longè simus impares nisi Emanuelem nostrum *σύμμαχον* habeamus, qui non modò suas nobiscum vires in prælium expedit, sed & nobis robur sufficit, vt aduersus hostes acriter ac fortiter dimicemus, nec prius arena discedamus, quàm *βραβείον* illud coronæ iusticiæ in cælis repositæ reportemus, quod promissum est omnibus strenuè & viriliter decertantibus, & in fide ad finem vsque vitæ perseverantibus. Atq; hæc quidem hodierna festiuitate in memoriã nobis reuocanda & grata mente deprædicanda sunt, quibus etiam hora XII. in congressu publico more solenni & consueto Orationem eruditam, Emanuelis nostri beneficia in nos collata commendantem, addi curabimus ad cuius recitatiōem vt omnes iurisdictionem nostram agnoscentes frequentes conueniant, & filio Dei pro summo incarnationis beneficio nobiscum gratias agant, sedulo hortamur & iubemus. Propositum ferijs Natalijs inchoantibus Annum à partu Virginis M. DCII.

Lipsia, ex Officina Typographica Abrahami Lambergi. 1

Yc
6893

FK Yc 6893

IV, 7

8

IV, 7

(X2018979)



1077

22

1077



Handwritten blue ink scribbles, possibly "F. 4. 68. 9".

Printed text: rit,
endum
a corpus.
hon

Handwritten number: 48.

Handwritten number: 8.

Handwritten number: 17.

Handwritten number: 17.

22



RECTOR ACADEMIAE LIPSENSIS.

F. N. 48.

IV, 9.



Admirandum illud *ἡ ἀσπεκτώσως τῶ λόγῳ* mysterium, quod hodierna festiuitate memoriae solenni & anniuersaria recolit Ecclesia, breui quidem sed admodum neruoso & insigni Aphorismo Iohannes Euangelista complexus est cap. i. ὁ λόγος, ἢ ἰνκνῶσεν ἢ ἰμῖν, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Quibus uerbis ea omnia, quae reliqui Euangelistae proluxa τῶν πρῆξίσεσιν commemorant de hoc ipso mysterio incarnationis indicant, ὅτι ὁ μῖαν σῶσῶν ἡ ἀδακτα, compendio quasi contrahit, ita tamen, ut narrationis breuitatem vsurpatione uerborum exquisitissimorum, & ad mysterij huius explicationem plurimum momenti habentium liberalissime compenset: Operae precium itaq; nos facturos, & hodiernae festiuitati non male consuluros confidimus, si in amoenissimo Euangelij Iohannis horto pedem figentes, uel huius vnus flosculi exploribus decepti intuitu, odore & fragrantia, oculos, nares, & in primis animos nostros oblectemus ac reficiamus: Plus enim suauitatis, sapientiae & doctrinae caelestis nec non consolationis efficacissima continet, quam uel toto uitaetempore a quoquam potest percipi. Priusquam autem ad rerum ipsarum pondera descendamus, Vocabulorū ipsorum quibus in describendo hoc mysterio Euangelista utitur, propria & genuina significatio inuestiganda est, ne haereticorum, uel veterum, quibus hoc ipsum religiose pietatis mysterium conuellerent, decipiamur. τῶ λόγῳ nomine hoc loco non intelligitur Verbum aliquod uolatile seu transitorij, sed uerbum illud subsistens, seu illa ipsa sanctae Trinitatis persona, quam ab operibus plane diuinis Euangelista toto capite primo descripsit, commendando illam, quod ab aeterno extiterit, quod res vniuersas, tam aspectabiles, quam inuisibiles, creauerit, quod rebus creatis lucem ac uitaē sup

esse, uel ipse articulus Graecus non sit sed totum hominem, & anima ratic appellatione uti, ut non modo sing incarnationis τῶ λόγῳ conditionem celsitate, sed solo miserationis affectu populi, Hebr. 2. Vnde neque nec hominem integrum assumisset perhiberi posset. cum, Damasceno tulerenter astruitur, quae & ipsa sing Duas esse naturas, diuinam & humanam, id est, absque confusione, ceat, & ut Athanasius ait, per eam, gnum & uere ἀνεξίτητον, καὶ ἀνεξίτητον, tam militanibus peita, haud obcure innuitur, λόγῳ ὄντα, non modo hominibus familiariter & amice esse conuersatum, sed & communes nobiscum in peregrinationis curriculo sustinuisse molestias & difficultates, nec non aduersus hostes nostros tam uisibiles quam inuisibiles strenue ac uiriliter depugnasse, donec obtenta ex hostibus uictoria, uisibilem huius mundi conuersionem deponeret, & in gloriam ingressus fixam nobis permanentemq; sedem in caelis prepararet. Patet ex his modò breuiter delibatis, τὸν σωτήρα καὶ ἡ σωτῆρα καὶ ἡ σωτῆρα, ut animos nostros quada quadam dulcedine perfundant, paulò planius ista explicabimus. Primum itaq; τὸν λόγον διὰ τὸν ἄνθρωπον Euangelista inducit, quando V E R B U M C A R N E M esse discrete pronunciat. Quod sane mysterium tale tantum est, ut ne Angeli quidem ipsi Spiritus caelestes & Deo proximi penitus illud perspiciant & intelligant, tantum abest, ut humani ingenij acies illud assequi & complecti possit. Nam cum λόγος Deus esset aeternus, infinitus & immortalis, nullis omnino uicissitudinibus obnoxius, homo is fieri dignatus est, non quidem Diuinitatis suae commutatione, sed carnis nostrae assumptione, & cum natura diuina arctissima penitissimamq; copulatione, ita quidem, ut vnus idemq; C H R I S T U S & D E U S & H O M O sit, Deus quidem ex substantia Patris ante secula genitus, H O M O autem ex substantia Mariae uirginis in tempore natus, perfectus Deus, perfectusq; homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, ut D. Athanasius loquitur. Talis autem ut esset humani generis Liberator, postulabat summa re necessitas: Ea enim erat lapsi hominis conditio, ut ei restituendo & ad primam integritatem reuocando, nec Angelorum nec hominum sufficeret potentia, unde communi totius Trinitatis consilio & decreto factum est, ut ea persona, quae in Diuinitate effect media, Mediatoris quates in se susciperet, & assumpta carnis nostrae massa, moriendo perditam salutem instauret. Quapropter merito hac ipsa festiuitate natura nostrae congratulandum, quod in tanta uoluntate euecta est, ut nunc in throno maiestatis diuinae consideat, neq; tamen propterea efferendus animus, sed detestanda potius humanae mentis audacia & superbia, ex infinctu Satanae profecta, qua homo ad caelestia conscendere, & supra Deum sese extolere non erubuit, non sine maximo & iui & posteritatis uiuere exitio, & indignatione atq; offensa placandae ac reconciliandae non nisi extrema ipsius Filij Dei exinanitio sufficere potuit: Ille itaque in terrae puluerem sese demisit, ut nos ad caelestis gloriae suans factus est, ut promptiore & alacriore animo ad eius cinabula accedamus, & excusso seruilium, & in uilibus pannis inuolutus est, ut uestimento Iusticiae



manae partem, puta corpus. ista Carnis quam hominis commendaret, sed simul etiam eum ad expiandum deconfinxit, hac enim ratione nostrarum medicum uocatur. τῶ γινωσκῶς uocatur, in hac ipsa persona, sed in ipsa carne Verbum luere hac mysterium illud manora. cum a peregrinantibus, peregrinationis curriculo sustinuisse uisibilem huius mundi conuersionem deponeret, & in gloriam ingressus fixam nobis permanentemq; sedem in caelis prepararet. Patet ex his modò breuiter delibatis, τὸν σωτήρα καὶ ἡ σωτῆρα καὶ ἡ σωτῆρα, ut animos nostros quada quadam dulcedine perfundant, paulò planius ista explicabimus. Primum itaq; τὸν λόγον διὰ τὸν ἄνθρωπον Euangelista inducit, quando V E R B U M C A R N E M esse discrete pronunciat. Quod sane mysterium tale tantum est, ut ne Angeli quidem ipsi Spiritus caelestes & Deo proximi penitus illud perspiciant & intelligant, tantum abest, ut humani ingenij acies illud assequi & complecti possit. Nam cum λόγος Deus esset aeternus, infinitus & immortalis, nullis omnino uicissitudinibus obnoxius, homo is fieri dignatus est, non quidem Diuinitatis suae commutatione, sed carnis nostrae assumptione, & cum natura diuina arctissima penitissimamq; copulatione, ita quidem, ut vnus idemq; C H R I S T U S & D E U S & H O M O sit, Deus quidem ex substantia Patris ante secula genitus, H O M O autem ex substantia Mariae uirginis in tempore natus, perfectus Deus, perfectusq; homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, ut D. Athanasius loquitur. Talis autem ut esset humani generis Liberator, postulabat summa re necessitas: Ea enim erat lapsi hominis conditio, ut ei restituendo & ad primam integritatem reuocando, nec Angelorum nec hominum sufficeret potentia, unde communi totius Trinitatis consilio & decreto factum est, ut ea persona, quae in Diuinitate effect media, Mediatoris quates in se susciperet, & assumpta carnis nostrae massa, moriendo perditam salutem instauret. Quapropter merito hac ipsa festiuitate natura nostrae congratulandum, quod in tanta uoluntate euecta est, ut nunc in throno maiestatis diuinae consideat, neq; tamen propterea efferendus animus, sed detestanda potius humanae mentis audacia & superbia, ex infinctu Satanae profecta, qua homo ad caelestia conscendere, & supra Deum sese extolere non erubuit, non sine maximo & iui & posteritatis uiuere exitio, & indignatione atq; offensa placandae ac reconciliandae non nisi extrema ipsius Filij Dei exinanitio sufficere potuit: Ille itaque in terrae puluerem sese demisit, ut nos ad caelestis gloriae suans factus est, ut promptiore & alacriore animo ad eius cinabula accedamus, & excusso seruilium, & in uilibus pannis inuolutus est, ut uestimento Iusticiae